

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Correctio bh  
cum fonte primo

Cum carpuntur uicia et inde scandalum oritur,  
ipse sibi scandali causa est qui fecit quod argui debeat,  
non ille qui arguit.

Cum enim carpuntur vitia, et inde scandalum oritur,  
ipse sibi scandali causa est, qui fecit quod argui debeat,  
non ille qui arguit.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 78.10  
(SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds.,  
p.208, ll.4-6).

Non ergo timeas contra caritatem esse,  
si unius scandalum multorum recompensaueris pace.

Et ne timeas esse contra caritatem,  
si unius scandalum multorum recompensaveris pace,  
quippe qui sua forte malitia fratrum coabitantium  
turbare facile poterat unanimitatem.  
Consoletur te illa Salomonis sententia:  
QUEM DEUM NEGLIGIT, NEMO POTEST CORRIGERE,  
et illa Salvatoris: OMNIS PLANTATIO,  
QUAM NON PLANTAVIT PATER MEUS, ERADICABITUR,  
et illa beati Ioannis Evangelistae de schismaticis:  
A NOBIS EXIERUNT, SED NON ERANT EX NOBIS,  
et rursus apud Apostolum:  
INFIDELIS SI DISCEDIT, DISCEDAT.  
Alioquin non est relinquenda  
VIRGA PECCATORUM SUPER SORTEM IUSTORUM,  
UT NON EXTENDANT IUSTI AD INIQUITATEM MANUS SUAS.  
Melius est enim ut pereat unus quam unitas.

Melius est enim ut pereat unus quam unitas.

Bernardus super Cantica sermone CII.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 102.2  
(SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds.,  
p.258, ll.10-19).